



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. II. Ad cap. VII. de Procurator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Ecloga X.

95

Capit. I.

Inscriptio est: *Maximo Salonenſi Episcopo*: Sed in regeſto, *Sa-*

lonitano, habetur. Quod omnino ſequendum.

In cap. 2. habetur ejusdem Alexandri III. decretalis. A. *Cap. 2.*

Clericus contendedat cum Epifcopo *Sabin*. Ita Raymundus.

Sed perperam. Collectio II. recte, *Salisberiensi*. Rescribitur in *Salisberien-*
Angliam, ubi nihil juris *Sabinis*, aut *Sabinianis*. Nisi quis ma- ſis Episco-
lit, *Sabrinensem*, ad *Sabrinam fluvium*. Sed lectionem compi- pus, non *Sa-*
lationis antiquæ præfero. Lis, inquam, erat, at quā de re? Su- *binenſis*.
per Ecclesia de *Bubet*. Alii, de *Bribec*, alii de *Bibet*. *Bubetford Ecclesia de-*
meminit *Malmesburiensis lib. 3. p. m. 276*. Quærant locum, quibus *Bubet*.
ocium & libri in promtu ſunt. Hanc litem terminandam dele-
gaverat Alexander Vigorniensi Epifcopo. Clericus ægrotare in-
cipiens comparere ad condicuum diem non poterat, miſit Presby-
terum & Diaconum ſuum, ad excuſandum absentiam. At Com-
missarius Pontificis, Epifcopus Vigorniensis absentem in expen-
ſas condemnaverat. Pontifex ſententiam refindit, & A. Cle-
xicum absolvit.

Capitulum VI. Est Clementis III. Quod ita orditur in com- *Ad cap. VII.*
pilatione ſecundā. *Ex insinuatione dilecti filii I. Archidiaconi Sang.*
accepimus, quod cum inter ipsum & magistrum W. de Sang. super
quādam præbendā Lexov. Eccleſia, quæ de Pomeria dicitur. Lexo-
viorum civitas, Lisioux, urbs eſt Epifcopalis in Normannia ſub
Metropolitano Rotomagensi.

C A P. II.

Ad cap. VII. de Procurator.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|---------------------------------------|
| 1. <i>Permittitur Scholaribus Pari-</i> | 3. <i>Formula Marcolfi procurato-</i> |
| <i>ſtenſibus per procuratorem a-</i> | <i>ria.</i> |
| <i>gere.</i> | 4. <i>Admallare quid?</i> |
| 2. <i>Ratio dubitandi.</i> | 5. <i>Mallus.</i> |
| | 6. <i>Lui quid fit.</i> |

Permittitur Scholaribus Paris. per procurato- rem agere. Ratio dubi- tandi. Formula Marcolfi procurato- ria.

Innocentius III. Scholaribus Parisiensibus permittit per procuratorem agere & respondere. Sed quid opus permisum? Cum Pontifex ipse afferat, id jure communis licere. Ratio decidendi, quod olim non liceret in Gallia agere per procuratorem sine diplomate Principis. Ut vetustissimo jure Romano caveatur, ne alieno nomine ageretur, nisi certis casibus. *princ. Inst. de his per quas agere poss.* Apud Francos idem obtinuisse docet formula Marculfii hac de re: *Fidelis DEO propitio ILLE, ad nostram veniens presentiam suggestit nobis, eo quod propter similitatem suam causas suas minimè possit prosequi, vel admallare, clementie regni nostri petiit, ut illustris vir ILLE omnes causas ipsius & vice ipsius, tam in pago, quam in palatio nostro admallandum prosequendumq; recipere deberet, quod in praesenti per fistucam eas eidem visus est commendasse.* Propterea jubemus, ut dum taliter utriusq; decrevit voluntas, memoratus ille vir omnes causas lui, ubicunq; prosequi, vel admallare deberet, ut unicuiq; pro ipso, vel hominibus suis, reputatis conditionibus & directum faciat, & ab aliis similiter in veritate recipiat. Sic tamen quamdiu decrevit eorum voluntas.

Admallare quod.

Idque diu apud hos obtinuisse testatur Johannes Faber ad §. Universitatis. *Inst. de rer. divis.* Eadem ratione & Ecclesiarum advocati seu defensores à Principe petebantur. *Capitulares 31. lib. 5. & lib. 7. cap. 308.* In superiori formula occurrit verbum, *Admallare, barbarum, à mallo, seu placito, in quo judicia siebant, coram Comite.* *Capitulares lib. 3. c. 28. 51. 57. & lib. 4. c. 28. ibi: Ibi antiquitus consuetudo fuit de libertate sacramenta ad rhamire vel junare, ibi mallum habeatur, & ibi sacramenta jurentur.* *Mallus* tum neq; in Ecclesia, neq; in atrio ejus habeatur. Minora vero placita Comes sive intra suam potestatem vel ubi impetrare potuit, habeat. Volumus itaq; ut domus à Comite in loco, ubi Mallum tenere debet, constituantur, ut propter calorem solis & pluviam publica utilitas non remaneat. Sed quid sibi vult *Lui*? Est Gallicum relativum, pro, Illius, quod frequens apud Marculfum. Vide Bignonum. Hinc Bonifacius octavus intercessit ad Principes, & Dominos seculares, ut Abbatissis & Monia-

Mallus.

Lui, quid sit.

nialibus per procuratores & attorneyatos suos in eorum tribunali-
bus agere liceret. cap. periculofo. §. porrò. de Stat. regul. in 6. Sed
cur Universitas Parisiensis hanc licentiam à Pontifice, quām Re-
ge, potius petebat? Excusat id Alteferra, sed non persuadet.

CAP. III.

Ad capit. VIII. de Procuratoribus.

S U M M A R I A.

- | | |
|------------------------------|------------------|
| 1. Honorius III. Ægitanensi. | 4. Capitulum IX. |
| 2. Edigita, Idigita. | 5. Mutina. |
| 3. Textus integratio. | 6. Capitulum X. |

Honorius III. rescribit Egitanensi Episcopo. Critici Gre- *Honorius*
goriani variam, non veram hic observant lectionem, III. Ægitan-
Ægitanensi. Edigita, Idigita, Igædita, urbs Episcopalis, *nensi*.
sub Metropolita Bracarensi, quæ sedes inde Guardiam in *Edigita*,
finibus Lusitaniae, patriam Regis Wambæ, translata est. Textus *Idigita*.
ita ab initio habet in compilatione V. *Auditis & intellectis, quæ Textus in-*
fratris Johannis Colobriensis, & Bartholomai Egitanen. Canonicointegratio.
rum. Dubitat Innoc. Cironius, utrum Colobria hæc sit Montanges,
an Conimbricia, cum Episcopatus Hispaniae sæpe immutati fuerint.

In cap. IX. rescribitur M. & R. Canonicis Mutinensis. Mu- *Capitulum*
tina urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Bononiensi, Ducatus ti- *IX.*
tulo nobilis *Ducato di Modena, seu Il Modenese.* Memoratur *Mutina.*
hoc capitulo, quod Mutinensis iste Episcopus, qui erat Wilhel-
mus, in Livoniam profectus fuerit, iussu Honorii ad confirmandos
Neophytes Livonos, quos Waldemarus Rex Danorum anno 1218.
ad fidem converti fecerat.

In cap. X. Mulier Nobilis D. de Massa, Lucanæ dioeceseos *Capitulum*
contraxit filii sui nomine cum Ubaldo cive Pisano, nomine filiæ *X.*
hujus Ubaldi. Sed cum nobilis illa D. forsitan nollet perficere
promissum, Ubaldus eam detinuit. Pontifex mandat, ut liberam
eam dimittat.

CAP. IV.

Ad capit. I. De his, quæ vi metusve causâ
fiunt.

N.

S U M